tris, taxationes solitas et collectas solvant
in ipsa Civitate nec de ipsis ad solutionem
Collectæ generalis, quæ vulgariter Bna
dicitur, Nobis aut alteri nostro nomine
de cætero tenebuntur. Adjicientesq;
quod si Cives dictæ Civitatis bona aliqua
â Nobis Hæredibus vel Successoribus
nostris Bohemiæ Regibus in feudum
recipiendi, juxta antiquam et approba-
tam consvetudinem emptionis titulo
comparuerint, circa valorem decem
Marcarum reditus seu annuæ pensi-
onis, eodem Advocatus noster qui pro
tempore fuerit, in nostra Hæredum
vel Successorum nostrorum absen-
tia vice et nomine nostri infeudare
poterit taliter, quod post nostrum
vel eorundem hæredum et successo-
rum nostrorum reditum a Nobis
hujusmodi feuda cum consvetis Ceremo-
nijs exigantur. Et si cives dictæ
Civitatis ex nostro vel Advocatorum
nostrorum mandato æmulos et ini-
micos nostros, seu ipsius Civitatis in-
secuti fuerint et invaserint et taliter

5.
Quod si Cives bona aliqua emptionis titulo, circa valorem 10. Marcarum reditus in feudum recipere velint. Advocatus infeudare possit in absentia Regis.

6.
Si invadendo Hostes damnum perpessi fuerint resarciri debet.